Malagma ad *ὀπισθότονον, τέτανον, κυνικὸν σπασμόν.* idem facit ad omnem tensionem et contractionem nervorum CCLV
Malagma quod stomachum solutum confirmat, alvum incitat, supprimit et adstringit quicquid opus est CCLVI
Malagma ad pectoris et lateris dolorem et quicquid ex perfrictione fit CCLVII
Malagma ad omnem dolorem, praecipue iocineris CCLVIII
Malagma ad iocinoris et lienis tumorem et dolorem CCLIX
Malagma ad praecordiorum tensionem CCLX
Malagma ad lienosos CCLXI
Malagma ad omnem veterem dolorem, praecipue lumborum CCLXII
Malagma quod discutit strumas, parotidas, panum. idem suppurationes interaneis partibus futuras aperit. facit ad omnem dolorem item articulorum, praecipue lumborum CCLXIII
Malagma ad omnem dolorem corporis et articulamentorum, facit et ad podagram CCLXIIII
Malagma ad contusionem pectoris, lateris. idem facit ad suspectas in iisdem partibus suppurationes vel iam factas. aperit enim cito et sanat. idem prodest praecordiis tensis, iocineri duro CCLXV
Malagma ad luxum, contusum, canis morsum, parotidas, strumas, podagram CCLXVI
Malagma ad podagram et omnem dolorem et tensionem nervorum CCLXVII
Acopum ad perfrictionem, lassitudinem, dolorem, tensionem nervorum, item hieme non patitur perfrigescere CCLXVIII
Acopum quod per vindemiae tempus componitur, facit ad omnem dolorem corporis et nervorum CCLXIX
Acopum odoris gravioris ad perfrictionem et dolorem nervorum CCLXX
Acopum optimi odoris quo Augusta et Antonia fere utebantur, facit ad nervorum dolorem, perfrigescere non patitur CCLXXI